



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Capita Pietatis Christianæ, Interrogationibus Et  
Responsionibus vsitatis in Catechetica Methodo ita  
explicata, vt breuem sed integram hypotyposin doctrinæ  
purioris complectantur**

**Ferinarius, Johannes**

**Magdeburgi**

**VD16 W 3078**

Tertium Capvt Catecheseos, De Invocatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36195**

## Vita æterna, Id est,

Christus adducet Ecclesiam resuscitatam ad patrem, & offeret regnum patri, id est, ostendet omnes actiones suæ missionis gloriose completas esse. Et postea cum æterno patre ac Spiritu sancto, ita regnabit, ut non amplius conspiciendus sit per ministerium Euangelij sed qualis est ipsius essentia: Utque non habiturus sit amplius actiones propiciatoris pro Ecclesia deprecantis, & eam colligentis per ministerium. Ac illa uita, ut Christus inquit, erit illustris agnitio Dei, id est, Fulgebit diuinitas in electis, coram de facie ad faciem, perfecte agnosceatur Deus à beatis & beati persusi illa luce agnitionis, integrè acquiescent, & letabuntur in Deo.

**TERTIVM CA-**  
**PVT CATECHESIOS,**  
**DE INVOCATIONE.**

De discrimine veræ, & falsæ  
 Inuocationis.

Pueri discant apposite respondere ad communis  
 argumentum.

Omnis inuocans Deum, conditorem cæli, &  
 terre, uerum DEVM inuocat.  
 Turci, & Mahometista, inuocant Deum,  
 conditorem cæli, & terre.

Cc

Ergo



Ergo uerum Deum inuocant.  
 Respondeo ordine ad Propositiones. Maior: Inuo-  
 cans Deum conditorem celi, & terra, uerum De-  
 um inuocat, inuocans, scilicet, Deum sicut se pate-  
 fit in Ecclesia. Minor negetur: Quia Turci-  
 nici, blasphemii Iudaei, & omnes alia sectae, non  
 à uero Deo, non enim agnoscunt essentiam uerum,  
 & ignorant uoluntatem Dei. Negant hinc  
 uerum Deum, qui est patefactus, quod sit ueritas,  
 & quod in hac subsistant tres personae, Pater,  
 Filius, & Spiritus sanctus. Afferuntur eum Me-  
 diatorem, nec credunt homines recipi, & exorari  
 Deo, propter solum Filium Mediatorem. Con-  
 temnuntur igitur Idolum, in sua mente, quod in  
 ra nihil est, & tamen illud tanquam Deum com-  
 plant. Deinde perseuerant in perpetua dubitatione,  
 ideo & in doloribus conscientiae trepidant, & con-  
 dem fiunt aut Epicuræi, aut irascuntur Deo, &  
 fremunt aduersus iudicium eius.

Differt igitur uera inuocatio  
 à falsa.

Duobus modis. Agnitione Essentiae Dei, &  
 agnitione uoluntatis Dei. Ecclesia inuocat uerum  
 Deum, qui sese patefecit in uerbo suo, & scilicet  
 dum illas patefactiones, statuit qualis sit Deus, &  
 discernit personas diuinitatis, sicut nobis reuelatae  
 sunt.



Deinde intuetur Mediatorem. Credit esse  
 nissim Filium, ut sit propiciator, propter quem  
 tota diuinitas, credentem recipit, & exaudit, ut sit  
 paterfactor Euangelij, ut sit efficax in cordibus, cum  
 uoce Euangelij, ut in ipso cernatur uoluntas Dei,  
 ut effundat Spiritum sanctum, in corda piorum, qui  
 accendat motus, congruentes Deo.

Hec doctrina saepe repetita est à Christo, ut in  
 his dictis: Qui non honorat Filium, non honorat  
 Patrem. Nemo uenit ad Patrem nisi per me. Qui  
 non credit in Filium, manet ira Dei super eum.  
 Hec est uita aeterna, ut agnoscant, te solum Deum  
 uerum, & quem misisti, IESVM esse CHRIS-  
 TVM.

### Quid est Adoratio,

Est confessio, quod illa sola essentia, quam al-  
 loquimur in inuocatione, uere sit Deus, & quod  
 exaudiat propter Filium. Nam propterea ab hac  
 sola omnipotente essentia, sapiente, & bona, mens  
 petit auxilium, & huic agit gratias, id est, fatetur,  
 quod ab ea accipiat bona, fatetur item, quod huic so-  
 lae essentiae, summa obedientia debeatur, & quod  
 uere puniat contemptum. Igitur

### Inuocatio

Est petere à Deo propter Mediatorem bona  
 necessaria, aut pro beneficijs DEO, & Mediato-  
 ri gratias agere.

Cc 2

Quorum



Quorum capitum consideratio necessaria est, in Inuocatione:

Horum capitum consideratio. 1. Cogitandum est, quid, & quem Deum, ubi patefactum fuerit, ut discernas tuam inuocationem, ab Ethnica.

Vult Deus sese discerni, ab omnibus commenticijs numinibus, cogitatione uerbi, & testimoniorum patefactorum in Ecclesia, per Filium. Et fecit Ecclesie illustre aliquod testimonium propositum, quo uoluit agnosci, & discerni, sicut in Decalogo nominat eductionem ex Aegypto, & ante haec tres illum Deum compellant, qui promissionem tradidit Abrahae.

Nostra mens sit directa, ad patefactionem, etiam in Baptismo Christi, & cogitatione migratio illam Iordanis ripam, in caetum spectantium, qui uiderunt illud illustre testimonium, ostensum a Deo, & de tribus personis Diuinitatis. Nominatur igitur personae, initio precatationis, & cogitatur discrimen, seu, quae cuiusque sit proprietas.

2. Consideratio est Mandatum. Deus uult esse petitione gratiae, & aliorum donorum eternorum, & corporalium, ut discernatur a malis naturis, & ut hic honor ei tribuatur, quod sit sapiens, iustus, beneficus, misericors, dator uitae, sapientiae, & omnium bonorum, & quod illa bona nobis uelit communicare, sicut dicitur: Inuoca me in die tribulationis tuae, & eripiam te.

Neglecta



Neglectio igitur inuocationis, est uiolatio se-  
cundum precepti, quæ Deo displicet, & non dubium  
est, singulis hominibus multa tristitia accidere, pro-  
pter omissionem inuocationis.

3. Cogitatio de conuersione. Hic Catechume-  
ni discant solutionem argumenti boni, id est, neces-  
sario explicandi, seu, refutandi.

Peccatores Deus non exaudit.

Ego procumbens coram Deo, & fundens  
preces meas, sum tristis peccator.

Ergo ego non exaudior.

In prece tua sic responde ad propositiones:

Primum ad Maiorem. Peccatores Deus non exau-  
dit, scilicet, perseverantes in peccatis contra consci-  
entiam, sine penitentia, quia tales sunt hostes Dei.

Deinde ad Minorem: Ego sum peccator, sed agens  
penitentiam, & fide confugiens ad Mediatorem.

Ergo opus est conuersione, quæ in inuocatione, aut  
fit, aut crescit. Tales uerè exaudiuntur, secundum  
promissionem iurando sancitam: Vivo ego non  
est mortem peccatoris &c. Item, Scindite corda ue-  
stra, & conuertimini ad Dominum Deum uestrum,  
quia misericors est, & penitet eum mali.

4. Consideratio est promissionis. Quia neq;  
conuersio, neq; inuocatio fieri potest, sine noticia  
& apprehensione promissionis.

Promissiones sunt duplices.

Prima, & summa promissio, est propria Euan-  
gelij pro-

Cc 3

gelij pro-



gelijs promissio, gratiæ scilicet, & vite æternæ, gratis dandæ propter Filium Dei. Hoc summum & æternum bonum DEVS vult accipi, & retineri, etiam amissis omnibus corporalibus bonis, iuxta dictum: Etiam si occidet me, sperabo in eum.

Altera est promissio bonorum corporaliũ, & ea duplex est, Aut promissio generalis, de conservatione totius corporis Ecclesiæ, secundum uoces: Etiam in senecta gestabo uos: Item, Erubescam usq; ad consummationem seculi. Aut promissio peculiariter seu nominatim, addita bonis corporibus iustorum, ut in his dictis: Qui dederit potum aquæ, uni ex minimis meorum, propter doctrinam. Amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Item, frange esurienti panem tuum, & requiem dabit tibi Dominus semper.

Propter quas causas traditæ sunt promissiones, de bonis corporalibus

Propter quinque causas.

1. Vult Deus nos confirmari contra Epicuræ imaginationes, & scire bona corporalia non esse obijci, sed uerè à Deo dari, sicut dicitur: Benedictio Domini, diuites facit. Leones esurierunt, & mentibus autem Dominum non deerit ullum bonum.

2. Vt sciamus, Deum uelle conseruare Ecclesiam, in hac uita, iuxta dictum: Posui uerba mea



in ore tuo, & dextra mea protegam te, ut plantes caros.

3. Ut petitio corporalium, sit exercitium invocationis, & gratiarum actionis, iuxta dictum: Panem nostrum quotidianum, da nobis hodie. Invoca me in die tribulationis, & eripiam te.

4. Vult petitionem corporalium, esse commotionem de promissione, & petitione gratiæ. Quia petitio sine fide, inanis est. Oportet igitur in eam petitionem corporalium, prælucere fidem, petentem, & accipientem gratiam, propter Filium Dei.

5. Causa est. Ut liberationes sint testes præsentie Dei, in Ecclesia. Et cum petimus mitigationem poenarum publicarum, aut privatarum, semper intueri debemus hanc causam, ut hostes Evangelij fateri cogantur, Deum adesse nostris Ecclesijs. Ut sciat omnis terra, quod sit Deus in Israël. Reg. 17.

6. Consideratio in invocatione est de fide.

Hic tenendum est tale discrimen.

Fides quæ petit remissionem peccatorum, reconciliationem, vitam æternam, & salutarem gubernationem animæ, in specie hæc ipsa bona petere, & expectare debet, sine conditione. Quia non habens hæc dona, est hostis Dei, & Deum affici contumelia. Ideo dictum est: Vivo ego dicit

Cc. 4 Dominus



Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & uiuat.

Sed fides petens bona corporalia, petitur conditione; si placet Deo. Sicut Dauid petens reduci. Quia promissiones corporales, habentceptionem castigationis, & crucis, Et Ecclesiastes habet Deo obedientiam, in tolerandis pœnis & emendis, ut dicitur: Iram Domini portabo, quoniam peccaui illi.

Promissio etiam generalis, de conseruatione corporis Ecclesie, rata est immutabiliter, sed tam intelligi eam oportet, ut in genere loquentem.

Non enim habet Ecclesia amplius certam fidem, & Politiam, sed colligitur passim inter gentes, ac seruat & liberatur in hac uita, secundum consilium Dei.

Precatio uerò nunquam est irrita. Aut tollitur pœna, aut mitigatur, iuxta dictum: Non faciam furorem iræ meæ, quia Deus sum, & non homo. Homo punit, ut destruat, Deus ut emendet, & creatura non potest sustinere iram Dei.

Tenenda est etiam hæc regula: Amisissis rebus bonis externis, & cum uita corporis extinguitur, tamen retinenda est Fides, accipiens uiam æterna.

6. Consideratio est rerum petendarum, sicut inquit Iohannes: Quicquid petieritis secundum uiam



luntatem eius, dabit uobis, id est, non sunt petendæ  
reprohibitæ à Deo, sed quarum petitio congruit  
cum Decalogo, & promissionibus diuinis, æternis,  
& corporalibus.

Tenenda est Admonitio.

De circumstantijs, de mora, & de modo libe-  
rationis. Deus non uult consilia humana domina-  
re in gubernatione uitæ. Sed uult nos scire, Eccle-  
siam diuinitus regi, sicut inquit: Ne dicatis, manus  
nostre hæc fecerunt. Non dat euentus mox, & ipsi  
modis, quos cogitat humana ratio. Traditæ sunt  
figuræ consolationes, contra moram: Si moram se-  
cerit, expecta eum, quia ueniens ueniet, & non tar-  
dabit.

Et dat liberationes suo consilio. Aliter Li-  
berat Ioseph, aliter Ionam. Seruat Ecclesiam in  
exilio Babylonico, etiam deleto templo, & Politia.

In prioribus proponatur hæc forma preca-  
tionis, ut ea monstret discrimen Ecclesie,  
& aliarum impiarum sectarum, & sit  
commonefactio de naturis  
in Christo, & proprijs  
eius beneficijs.

Omnipotens, æternæ, uiuæ, & ueræ Deus, æter-  
næ, & unice pater, Domini nostri IESU CHRIS-  
TI, qui unâ cum Filio tuo coæterno, IESU  
CHRISTO, & Spiritu tuo sancto, creasti cœ-  
lum, & terram, homines, & alias creaturas, sapi-  
ens, bon-



ens, bone, uerax, caste, iuste, iudex, liberator,  
 misericors, diligens, & exaudiens nos, Qui  
 xisti: uiuo ego dicit Dominus, nolo mortem peccato-  
 toris, sed ut conuertatur, & uiuat: Confiteor tibi  
 me miserum peccatorem esse, & doleo quod offendi  
 te, & supplex oro, ut miserearis mei, remittas mihi  
 omnia peccata mea, & me iustifices, & salues,  
 & propter filium, Dominum nostrum Iesum  
 Christum, quem uoluisti pro nobis esse uictimam,  
 & miranda sapientia, & in-  
 mensa bonitate, & sanctifica me, Spiritu tuo sancto,  
 uiuo, casto, & uerace. Collige inter nos Ecclesiam  
 & eam gubernas. Da Ecclesiae Politias honestas  
 & tranquillas, Da nobis uictum, uires corporis,  
 & ge studia doctrinarum, & fac me uas misericordiae,  
 nec sim uas irae. Mitiga paenas publicas, & pro-  
 uatas, propter Filium tuum, Dominum  
**IESVM CHRISTVM**, & propter tuam gloriam, ut te  
 aeternitate celebremus, & tibi gratias agamus  
 in saecula saeculorum. Credo Domine, opem ser-  
 uas, sicut dixit Dominus noster **IESVS CHRIS-  
 TVS**. Petite, & accipietis.

**ENARRATIO PRECA-  
 TIONIS PROPOSITAE  
 A CHRISTO.**  
 Prima Admonitio.



Est, de more pædagogico, recitandi uerba  
orationis.

Ira aliqui Argumentantur.

Christus in precatone prohibet βαρλο-  
για.

Ergo non est opus recitatione, uel pronun-  
ciatione.

Respondeo. Nego consequentiam. βαρλογια  
significat diligentiam hominis, recitantis pre-  
cationem uera fide, & seria cum attentione, sed  
significat hypocrisim illorum, qui sine fide fundunt  
preces, uel superstitione uel propter questum.

Propter quas causas uult Deus ad  
cogitationem mentis accede-  
re externam recitatio-  
nem precum.

Pronunciatio illa uerborum, est commones-  
ta de Deo, qualis sit, & que sit eius uoluntas, &  
quod uere sit dator illorum beneficiorum, que pro-  
mittunt uerba precatone pie. Iubet nos petere re-  
missionem peccatorum Dominus, uere igitur datur  
remissio peccatorum, & eterna uita, illis, qui con-  
uertuntur, & petunt illa bona à Deo. Mandat, ut  
petamus panem quotidianum. Ergo uere seruati-  
mus Ecclesiam in hac uita, dabit illi hospitia, &  
singulis erudentibus dabit præsidia necessaria, ad  
sustentationem huius uitæ, secundum uoluntatem  
suum.

2. Res.



2. Recitatio illa, est confessio, qua coram Deo etiam profitemur, nos esse membra Christi, & socios uere Ecclesie Christi, & nos esse segregatos ab omnibus impijs Diabolis, & sectis malorum hominum, qui Deum afficiunt contumelia.

3. Ista pronuntiatio, & iste mos, est disciplina, inuitans, & erudiens alios exemplo pietatis, & curam inuocationis. Sicut in primordia, multae familiae inuitate sunt ad agnitionem angelij, pietate liberorum, & puerorum, quibus mensas recitarunt preces. Ideo nominatum preceptum est à Christo: Orantes dicite.

Sciunt igitur iuniores, hanc diligentiam iussurissime à Deo mandari, ut pronuntiatione Synodali, precationis Dominicae, Psalmorum, & aliarum formularum, singuli homines se contentent, ad ardentem inuocationem, & confidentiam illorum bonorum, quae promisit Deus, & uera fide eum inuocant.

Pater noster, qui es in caelis.

Quae est admonitio in hac particula?

Dulcissima appellatio patris commo-  
de essentia, & uoluntate illius ueri Dei, quem  
tum ex uerbo Ecclesie tradito compellas.  
uagetur tua mens, more Ethnico, non queris  
mentitia numina, sicut Hecuba apud Europaeos.



Omnes alie gentes extra Ecclesiam, non tantum  
 hostiles, sicut Nestor inquit: Orate, Quia omnes  
 homines indigent Deo, seu, auxilio diuino. Non  
 sines inter uarias dubitationes, ut adoratores Po-  
 liti, qui dicunt, se ignorare, utrum hostes, an ami-  
 cos alloquantur, & suos Deos nominant ignauos  
 Opitulatores.

Nos alloquimur illum uerum Deum, in essen-  
 tia unum & in personis trinum, qui nominatur in  
 Ecclesia.

Pater,

Idco, quia misso Filio, & patefacto Euange-  
 lio, constitutus est, se recipere in gratiam, & exaudire  
 omnes, qui fide, id est, fiducia Mediatoris, ad hunc  
 thronum gratie accedunt. Vocabulum igitur pa-  
 ter, hoc loco ponitur non personaliter, sed essentia-  
 liter, de tota diuinitate, exaudiente propter Media-  
 torem.

Est pater.

Ergo in ipso est paterna σοφία.

Et ideo impressit homini ardentem amorem  
 erga sobolem, ut illa σοφία, sint commonefactio-  
 neris amore aeterni patris erga Filium unigenitum,  
 & erga nos propter hunc filium. Nos enim diligit  
 in dilecto. Verè igitur nobis opitulabitur, & qui-  
 busdam promptius, quam pia mater tenera soboli.

Qui es in coelis.

Hec uerba, nominatione proprietatum uerè  
 Dei,



Dei, discernunt nostram inuocationem, ab aliarum  
sectarum precibus. Non compellamus creaturam ad  
tes, non sculpimus nobis idola, nostro arbitrio, non  
uocamus homines, qui ex hac vita decesserunt, sed  
loquimur illum Deum, qui est in caelis, scilicet  
modo, primum, quia est omnipotens, immensitas  
tia, & potentie, quia uniuersali sua presentia  
bus creaturis adest, quia inspicit, & iudicat  
credentium, quia potest optulari, tunc quia  
nunt auxilia omnium aliarum causarum. Deum  
singulari, & innerrabili quodam modo  
conspicitur in uita coelesti, habitans in sancta  
ter, implens eos uita, & iusticia eterna, & nos  
tes in hoc exilio, uult fieri haeredes illius gloriose  
uite.

Quæ est igitur sententia horum  
verborum?

Omnipotens, aeterna, uiue, & uere Deus  
Domini nostri IESU CHRISTI, qui  
Filio, & Spiritu sancto, condidisti caelum, & terram  
& omnes alias res, & testatus es, te nobis  
tum, propter Filium tuum, & nos complecti  
& beneuolentia paterna, tu miserere nostri, &  
tulare nobis in omnibus malis, Tu es in caelis  
certo praesens, intelligis suspiria nostra, iudicant  
tes, & corda nostra, habitas in pijs, sanctis  
coelesti consuetudine uisibiliter, & nos etiam  
ecce socios, & ciues illius beatæ patriæ.



Sanctificetur nomen tu-  
um.

Congruit hæc prima petitio ad primum præceptum Decalogi. Petitur enim primum, & summum bonum, videlicet, vera & sancta agnitio Dei.

Nomen significat noticiam, uel agnitionem.

Sanctum significat quiddam congruens cum mensura & sapientia Dei. Hoc est, Detur nobis sancta, & tibi placens noticia tui.

Quæ est igitur sententia Petitionis?

Accende in nobis illam salutarem lucem, quæ te sancte agnoscat, & inuocet, sine caligine Idolatrica, uento nostras mentes, ut non fascinentur furoribus Idolatricis, & fanaticis. Sed effice, ut te uerum Deum patefactum in uerbo tuo, agnoscamus, inuocemus, & perpetuo uera fide celebremus.

Veniat Regnum tuum.

Hæc petitio etiam congruit, ad primum & secundum præceptum Decalogi. Deus in sancta agnitione sese communicat homini. Ideo uera agnitio Dei, non est otiosa speculatio: Sed est gubernatio, efficacia & regnum Dei habitantis & efficientis



efficientis actiones sanctas in homine. Quia luc  
sequitur vita.

Illustrat mentem Filius  $\delta \lambda \omicron \gamma \theta$ , & simul p  
Spiritus sanctum ciet motus, in uoluntate, & con  
congruentes ad illam sanctam noticiam, subqu  
men.e.

Quæ est sententia?

Aeterne Deus, tu effunde in nos de tuo spiritu  
qui se Spiritibus natis in nostra natura permiscet. &  
nos tecum uniat uera conformitate, tibi placere. Ne  
strue regnum Diaboli. Procul a nobis depella Diab  
los, hostes tuos, ne animos nostros, trepidos, & p  
stigijs, euertant. Sed tu per uocem Euangelij, & sp  
ritum sanctum, gubernas nos, ut in hac uita, uideam  
in nobis regnum tuum, Tu apud nos facias m  
onem, & inchoato in nobis illam lucem, iustitiam  
tam, & leticiam, quam perficies in resurrectione  
clesie. Confirma Deus quod operatus es in nobis p  
pter templum sanctum tuum.

Fiat uoluntas tua, sicut in celo  
lo, sic in terra.

Ista petitio refertur ad tertium, & quod  
præceptum Decalogi. Petitur enim pro toto corpore  
Ecclesie, pro singulis ordinibus, & statibus uita  
ticiam, & gubernationem sequuntur actiues op  
onum. Ideo nunc oratur pro operibus, in qualitate  
tatione.



## Quæ est sententia?

Tu ipse regas, & adiuues functiones, à te man-  
 data. Fac ut tibi fiant grata, in omnibus uocationi-  
 bus, ut doctores rectè doceant, ut Magistratus bene  
 præsent, & populus obediat. Deniq; ut Ecclesie,  
 politie, & Oeconomie nostræ mediocriter flore-  
 ant, & singuli suo loco officium suum rectè faciant,  
 & ut omnes tibi maneamus adiuncti, & copulati,  
 sicut uia membra suo capiti. Reprimè rabiem  
 Diabolorum, spargentium uenena, falsas opiniones,  
 excitantium seditiones, bella, molientium uastatio-  
 nes & interitus Ecclesiarum, literarum, disciplinae.  
 Facito ut tibi obediamus, sicut sancti, & casti An-  
 geli, qui perpetuo faciem tuam intuentur, & simi-  
 lis obedientia in nobis conspiciatur, qualis cernitur  
 in electis, uiuentibus in uita æterna, in quibus DE-  
 VS est omnia in omnibus.

Voluntas igitur significat opera mandata, &  
 uita uite cælestis. Docet uitam æternam, oportet  
 nichoari in hac uita.

Panem nostrum quotidianum,  
 da nobis hodie.

In præcedentibus petitionibus oramus, ut sit  
 Ecclesia, & ut singuli simus ciues ueræ Ecclesie.  
 Nunc atexitur petitio, de rebus corporalibus. Quia  
 Ecclesia colligitur in hac uita, & hic necesse est in-  
 choari æternam uitam. Petimus igitur ut Ecclesie  
 D d tribuan-



tribuantur bona necessaria, ad sustentationem presentis uitae. Petimus hospitium, conseruationem familiarum, Oeconomiarum, pacis, discipline, prouentus frugum, & alia uitae praesidia. Ideo

### Vocabulum Panis.

Significat omnia bona necessaria, ad sustentandam, & sustentandam corporalem uitam, cuius rebus opus est, hospitium, cibo, potu, pace, bonae letudine, successu in rebus gerendis iuxta uoluntatem &c.

### Ἐπίσση.

Significat diem crastinum, seu sequentem. 2<sup>o</sup>, ἐπίσση & recte uertitur quotidianus.

Et explodenda est insulitas quorundam, etiam inter ueteres scriptores, qui petitionem hanc transformant in Allegoriam, de caelestibus bonis, quos dicant indignum esse, à Deo petere bona corporalia.

Magna sapientia Dei, & graui consilio haec uita ita ordinata est, ut homines sustententur alimentis, non autem uiuant sine pabulo, sicut felinae. Ideo uerè agnoscamus, Deum esse datorem honorum, & uelle, ut fides nostra, in petitione horum exerceatur, & confirmetur, sicut dicitur: *Deus Pater uester caelestis, quod uobis opus sit his uocantibus.*

### Contra:



Sollicitudo est prohibita.

Petere bona corporalia à Deo, est sollicitudo.

Ergo illa petere, est prohibitum.

Respondeo: Ex puris particularibus non necesse est sequi ueram conclusionem. Quia duplex est sollicitudo: Sollicitudo diffidentie, quae est cruciatus cordis, quod non regitur fide, & consolatione diuina, nec petit auxilium, iuctum, & gubernationem à Deo. Alia est sollicitudo uocationis, quae est diligentia, faciendi officium proprium, & petit, & exspectat à Deo, uera fide, illa bona, quae promissit, & sicut ea promissit. Prohibetur igitur sollicitudo diffidentie, & praecipitur sollicitudo uocationis.

2.

Voluntas humana debet congruere, cum uoluntate Dei.

Deus uult Ecclesiam esse subiectam cruci, Ergo non sunt petenda bona corporalia.

Respondeo ad Minorem. Vtrumq; uult Deus, ut simus parati ad obedientiam, & simul, ut ab eo petamus mitigationem poenarum, & calamitatum. Haec precatio nunquam est irrita. Quia est rara pro toto corpore Ecclesiae, & singulis impetrat mitigationem poenarum & crucis.

Quae est sententia petitionis?

Quia tu in hoc angusto curriculo uitae mortalis, colligere aeternam Ecclesiam, Ideo proroga nobis

D d 2

nobis



nobis uitam, secundum consilium bonae uoluntatis  
 tuae, tribue nostris liberis, longa, & felicia praesentia  
 uitae, ac uigorem ingeniorum, ut ad ueram agniti-  
 onem tui, & honesta uitae officia, educantur ac  
 fiant. Da nobis bonam ualeitudinem, successum  
 uocationibus, conuenientem uictum, pacem, tran-  
 quillitatem, salutaria regimina, felicia con-  
 gressa. Tege nostra oppida, & tuguria, tribuito san-  
 ctitatem agrorum, annonam. Nec sinas in uicinis  
 onibus uel Turcicis, uel Ciuilibus bellis, fieri heri-  
 ticam uastitatem.

Remitte nobis debita nostra,  
 sicut & nos remittimus debi-  
 toribus nostris.

Petitioni de rebus corporalibus, subijcitur  
 petitio remissionis peccatorum, quia fidem, acceptio-  
 nem reconciliationem, oportet praeuocare  
 alijs petitionibus. Et opponitur haec formula  
 humanae trepidationi, quae propter considerationem  
 propriae infirmitatis, & sordium, fugit Deum.

Necesse est autem in hac petitione, nos  
 plecti cogitatione, totam summam Euangelii,  
 gratuita acceptatione apud Deum, propter  
 tum Filij Dei, de fide, de gratia, de Mediatore,  
 peccatis manentibus in sanctis. Et nominatim  
 gitanda est applicatio, petens, & credens tibi  
 ti poenitentiam remitti peccata, te credentem



De recipi, & exaudiri. Ideo enim Filius hanc  
sententiam dicitur, ut scias, cum uelle dare hæc bona  
uocantibus.

Sicut & nos remittimus.

Ita argumentantur aduersarij  
Pontificij.

Promissio, habens annexam conditionem  
bonorum operum, non est gratuita.

Promissio remissionis peccatorum, Euan-  
gelij propria, habet annexam conditio-  
nem nostræ remissionis.

Ergo promissa in Euangelio remissio peccatorum non est gratuita.

Respondeo. Est fallacia à non causa ut causa,  
Quia conditio nostræ remissionis, de qua Minor lo-  
quitur, non est legalis, Nec enim requiritur ut cau-  
sa, uel meritum diuinæ remissionis, sed ut pars con-  
uersionis, in qua comprehenditur noua obedientia.  
Mandatum ergo de conuersione, & de abiiciendo  
proposito peccandi, non tollit gratuitam remissio-  
nem peccatorum, cum sit uox prædicationis poenitentiæ  
ministerij Euangelici propria.

Quæ est sententia Petitionis?

Fatemur cum tota Ecclesia, nos circumferre  
tributum onus dubitationum, peccatorum, &  
sordium, herentium in hac misera natura nostra, sed  
tu æterne Deus propter filium tuum, Dominum

D d 3 nostrum



nostrum IESVM CHRISTVM, quem con-  
stituisti nobis Mediatorem, & deprecatorem, misere-  
rere nostri, ablue peccata nostra sanguine tuo, &  
remitte nobis omnes labe, omnes infirmitates, &  
dato tuo sancto Spiritu, in nobis inchoa novam  
eternam vitam. Nos te iuuante, & confirmato  
tuo Spiritu, abijcimus propositum indulgentiarum,  
& sceleribus contra conscientiam, totoq;  
pectore clamamus: Conuerte nos Domine, & con-  
uertemur. Tu sana uulnera nostra, & iuuante  
inde in nobis crescat poenitentia, fides, & consolatio,  
acquiescens in te propter Mediatorem.

### Ne inducas nos in tentationem.

Post petitionem gratuite remissionis peccatorum, subiicitur petitio auxiliij diuini, contra Diabolum, & aduersus illecebras, ac occasiones peccatorum. Vitare enim peccata est vitare occasiones peccatorum. Iunioribus nota sit phrasia: Verum inducas, hebraica consuetudine hoc loco significat non effectiue, sed permissiue, & completiue.

### Ne inducas nos.

Id est, Non permittas nos labi, & non facias nos in tentatione opprimi, & uinci a Diabolo, sed da, ut uincamus & repellamus insidias diaboli, te iuuante. Huc pertinent quae alibi leguntur: Nolite solliciti, id est, non frangamini sollicitudine, & metu, sed uincat fides. Item: Nolite timere mortem.



Et non deserite Deum metu mortis, sed fides, & spes finalis liberationis, vincant trepidationes.

Tentare Deum.

Proprie significat certare cum Deo, fiducia propria sapientie, iusticie, uel uirium, nec agnoscere suam imbecillitatem, sed secure contemnere iudicium Dei, excutere Deum rectorum, & sequi aut impulsiones Diabolorum, aut inclinationes depravate nature.

Causae autem peccatorum, vel tentationes, oriuntur à triplici hoste.

1. Diaboli suo uenenato, & terribili afflatu, qui à physicis exponi non potest, impellunt homines ad grauissima scelera, ad stabilienda Idola, ad accendenda non necessaria bella, & ad alia immania flagitia, tantum odio Dei & filij Dei.
2. Mali homines sunt organa Diabolorum, qui uiciorum astute decipiunt, aut falsa doctrina, aut spe potentie, & questus, aut per mala exempla, & similia.
3. Naturalis curiositas, superbia, & petulantia ingeniorum, item flamma prauorum affectionum in corde facile abducunt homines à Deo, & sunt cause magnorum lapsuum.

Qualia auxilia sunt opponenda istis hostibus?

Vox diuina monstrat duplex auxilium.

Dd 4                      1. Petrus





1. Petitionem gubernationis à Deo, qui nos  
cantes ipsum in cogitatione uerbi docet intus, et re-  
git dato suo sancto Spiritu, et foris corpora, et in-  
tam munit presidio sanctorum Angelorum, et  
los arcente ac reprimente.

2. Vigilantiam, et diligentiam in faciendo  
proprie uocationis officio, sicut dicitur: *Ambla-  
te accuratè, non ut fatui. Non indulgeat boni-  
curitati Cyclopice, non laxet frenos omnibus  
suis cupiditatibus, sed alat fidem cogitatione  
ne, et assidua inuocatione, regat etiam exteriora  
membra disciplina.*

Quæ est sententia petitionis:

Oppugnat nos hostis tuus, rabie inenarrabili  
magna est imbecillitas nostræ carnis, mundus uisus  
in malis, plenus est impijs exemplis, sed tu nos regis  
tua luce, et tuo sancto Spiritu, ne uincat nos Diabo-  
lus, ne superemur infirmitate nostra, ne capiamur  
malis exemplis, arce à nobis seuissimos hostes tuos  
et munito nos excubijs sanctorum Angelorum tuorum  
rum, per Filium tuum, qui uenit ut destruat opera  
Diaboli, supera in nobis hostem tuum, et conuen-  
lecebras peccatorum, ut nunquam abs te uincamur,  
sicut promisit Filius tuus: *Nemo rapiet uerbum  
meas ex manibus meis.*

Sed libera nos à malo.



Est petitio, de finali, & uniuersali liberatio-  
ne, ab omnibus malis presentibus, & eternis.

Nomen  $\omega\upsilon\eta\eta\epsilon\delta\omicron\varsigma$

Utrunq; complectitur, & ipsum Diabolum,  
& omnia opera eius, ac quicquid malorum ab eo  
oriuntur.

Gradus liberationis.

1. Est spiritualis ac eterna liberatio. Quia  
credentes liberantur à summis malis, à culpa, &  
pena eterna, & fide accipiunt consolationem, le-  
uitiam, & pacem in corde.

2. Est mitigatio calamitatum in hac uita, ut ser-  
uetur totum corpus Ecclesie. Etsi enim aliqua  
membra interficiuntur, & alicubi sunt dissipatio-  
nes, & aliqui præripiuntur immatura morte: ta-  
men aliquibus dat Deus longiora spacia uitæ, alicubi  
la tranquillitatem, & mediocria haleyonia, ut pos-  
sit fieri propagatio doctrinæ, & educatio sobolis.

3. Singula electa membra Ecclesie liberantur  
finaliter, quia tandem pij crepti ex omnibus ærum-  
nis, transferuntur ad beatam consuetudinem Dei, in  
uita cælesti.

Petimus igitur mitigationem calamitatum in  
hac uita, longiora spacia uitæ, necessariam tranquil-  
litatem, & tandem finale bonum, scilicet, uitam  
eternam.

Quæ est sententia?

Dd 5

Clemen.



Clementissime Deus, mitigato Ecclesie tue  
 ærumnas in hac uita, lenito nobis singulis nostras  
 miseras, & pœnas, & tandem cum uniuersa Eccle-  
 sia, nos ereptos ex presentibus miseris, donatoque  
 iusticia, & uita æterna.

Amen.

Ista appendix, est testimonium de certitudine  
 & efficacia fidei, intuentis promissionem Dei, &  
 certo statuentis, precationem nostram non esse  
 tam, sed nos uerè exaudiri à Deo propter fidem.

Firmissime statuo, meas preces non esse  
 murmur, sed me certo recipi, & exaudiri proprio  
 Mediatore, & Deum ardentibus uotis oro, ut  
 hæc inuicia fidei in me confirmet. Credo Domine  
 sed opem fer imbecillitati meæ.

DE CAUSIS CALAMITA-  
 TUM, ET LOCIS CON-  
 SOLATIONVM.

Ideo Deus onerat Ecclesiam calamitatibus, ut  
 in cruce crescat inuocatio, & exerceatur fides.  
 Petens mitigationem pœnarum, & ærumnarum  
 in hac uita. Propter cognitionem igitur hæc  
 doctrinarum, subiicienda est admonitio de cruce.

Philosophi saniores tantum considerant causas  
 propinquas, herentes in materia.

Causam mortis referunt in materia conditi-  
 onem.



Talis enim est natura corporum, ut deficiente tepidulo, calor naturalis, qui est fons uitæ, extinguitur.

Causas scelerum referunt in uoluntates hominum, qui sepe laxant frenos malis affectibus, contra iudicium rationis.

In multis euentibus Philosophi putant dominari casum, & fortunam.

Statuunt etiam quasdam causas fatales, & necessariam connexionem causarum secundarum.

Ignorant autem primam & uniuersalem causam, seu uerum morbum, & fontem omnium calamitatum generis humani, & deinde sanationem ueram nature uulnerum & ueras consolationes in calamitatibus. Hæc monstrat solius Ecclesiæ doctrina, & eam esse ueram, ostendit sensus consolationis in pijs, & ipse mirandæ liberationes, quæ testantur, Deum esse presentem in Ecclesia.

Quæ est causa uniuersalis omnium  
arumarum in genere  
humano &

Quæ sunt præcipuæ.

1. Propter peccatum, hærens in natura, totum genus humanum subiectum est morti, morbis, & variis calamitatibus. Deinde errores humani, & iniqua uoluntatis, & cordis, cum eligunt scelera, attrahunt multis hominibus singulares peccata.

2. Dicitur



2. Diabolus ardens odio Dei, & hominum, impellit homines ad flagitia, & auget calamitates multis modis. Sed alia

**Quæstio est: Cur Ecclesia magis permarur, quàm reliqua pars generis humani, aliena à Deo.**

Et obijcitur hoc argumentum:

Iustis debet bene esse.

Ecclesia est iusta.

Ergo Ecclesia debet esse sine calamitatibus.

Respondeo ad Maiorem: Iustis debet bene esse, si licet, iuxta reuelationem Euangelij. Tunc iusti erit bene, cum prorsus erunt liberati ab omni peccato. Minor: Ecclesia est iusta: In hac uita reprobatione, & inchoatione, sed nondum consummatione. Ergo Deus in Ecclesia uult conspici suam, aduersus peccatum, & queri remediū, iuxta dictum: Iudicium à domo Dei incipit.

Recensetur octo causæ, cur Ecclesia magis exerceatur arumnis, quam alij homines.

1. Afflictiones sunt commonefactiones, de iusticia Dei, & de ira Dei aduersus omnia peccata hominum.
2. Diabolus acerbius odit Ecclesiam, quàm impios homines, sicut ostendit historia Iob.
3. Ut in cruce exerceatur, & crescant, penitentiâ, Fides, inuocatio, & tota nouitas.



quod humiliasti me, ut discerem iustificatio-  
nem tuam.

4. Cum ualde multa sint actualia delicta in Ec-  
clesia, Deus etiam in hac uita punit lapsus reuato-  
rum atrocibus poenis, propter iusticiam suam, &  
propter exemplum, ut adulterium Dauidis.

5. Supplicia in confessione, & mors sancto-  
rum, quibus antea Deus ostendit se adesse, sunt testi-  
monia certo secuturum esse iudicium, in quo erit di-  
stinctio inter Paulum, & Neronem, inter Abel &  
Cain.

6. Constantia Martyrum in morte, est testi-  
monium, de ueritate doctrine.

7. Deus uult Ecclesiam fieri conformem, seu  
similem imaginis Christi.

8. Mirande liberationes, sunt testimonia prae-  
sentiae Dei in Ecclesia, ut dicitur: Ne deleas nos, ut  
fuit Aegyptij, quod sis in hoc populo. Num-  
m. 14.

Ex causis impulsivis & finalibus afflictionum  
Ecclesiae, sumitur distinctio

De quatuor gradibus cala-  
mitatum.

1. Omnes afflictiones, aut sunt *ἀποξίαι*, id est,  
paenae, ut exilium Dauidis.

2. Aut sunt *δουλοσίας*, exercitia fidei, &  
inuocationis, ut carcer Ioseph.

3. Aut sunt *μαρτύρια*, testimonia de ueritate  
doctrinae,



doctrinae, & de futura uita, ut supplicia Baptistae  
Pauli.

4. Est  $\lambda\upsilon\tau\epsilon\omicron\sigma$ , Meritum pro alijs, quod est  
solum Christi passio.

Ex Philosophia proponuntur les  
septem consolationum.

1. Necessitas. Feras, non culpes, quod uari  
non potest. Ita mens quomodocumq; stetit in  
moderationem. Bonus animus in re mala, tantum  
um est mali.

2. Dignitas uirtutis, Non est faciendum  
ullam uirtutem propter dolorem. Cato a  
iusticia. Cicero a modestia. Hi reprehenduntur  
in uersu Senecae: Tamen per ipsas lucret  
decus.

3. Bona conscientia. Vbi non est uultus in  
de, sed tantum dolor externus, malum lenius  
Est aliquid magnis crimen abesse malis.

4. Exempla, quae admonent, ut uelut  
litate, & non simus superbi. Patimur  
quidem aliqui te meliores, Ergo tu etiam  
 $\epsilon\pi\iota\sigma\tau\alpha\lambda\omicron\upsilon\sigma\ \mu\epsilon\lambda\epsilon\tau\epsilon\omicron\sigma$  erummarum.

5. Spes leti exitus. Durate, & uosmet  
uate secundis.

6. Cause finales. Dulce, & decorum est  
patria mori. Pro patria magnum decus est  
fundere uitam.

7. Collatio euentuum. Melius fuit Lucullo



tranquilla republica, quam implicari laetentis  
iure civili.

**Euangelium vero ita collocat  
locos consolationum.**

1. **Necessitas obediendi Deo, qui punit non ut  
destruat, sed ut conuertat, et auget fidem, & spem.**

2. **Dignitas uirtutis. Non est uiolandum, ullum  
preceptum Decalogi, propter dolorem.**

3. **Bona conscientia, ut dicitur: Ibat, ouans ani-  
ma, & spe sua damna leuabat. Laurentius intus  
nulli patitur.**

4. **Remissio peccatorum est opponenda dolori  
conscientie, ut dicitur: Dominus abstulit peccatum  
tuum.**

5. **Sensus presentie Dei, & uiuificationis in  
corde, accepta remissione peccatorum, & spes mi-  
grationis calamitatum in hac uita.**

6. **Spes ultime liberationis, & uite eterne. Etsi  
dixit me, sperabo in eum.**

7. **Exempla. Etiam sancti patiuntur propter  
peccata. Ergo fateamur & nos iusticie Dei debere  
penam. Iram Domini portabo, quia peccauit ei. Non  
sum melior patribus meis, inquit Elias. Et oportet  
nos conformes fieri Filio Dei in cruce, & in libera-  
tione.**

8. **Cause finales. Ipse Deus, & confirmatio fidei  
in alijs credentibus.**

9. **Collatio euentuum. Meriti essentus atrociora,  
sed Deus**



sed Deus mitigat nobis pœnas immensa bonitate  
propter Filium. Misericordie Domini, quod non  
consumpti sumus. Non faciam furorem iræ meæ.  
Quia Deus ego sum, & non homo.

10. Locus pertinens ad mortem. Desiderium  
clari conspectus Dei, & liberationis à tormento  
peccati.

Ita uir sanctus PHILIPPVS M.  
LANTHON, preparans se ad illud iter, paucis  
diebus ante mortem scripserat:

Causæ cur minus abhorreas  
à morte. Sunt

A dextris, quia uenies in lucem, ubi cernes Deum, Filium Dei, disces illa mira & ar- cana, Item, rectè co- gnosces causas, cur sic conditi simus.	A sinistris, quia discessis peccatis, erumnis, Theologorum. Sic ego quotidie de surgō precando, Ut mens ad mortem duce leta Deo.
---	--

Ita longè antecellit doctrina Ecclesie  
dijs, sumptis ex Philosophia.

Exitus in Philosophia

Congruit tandem, aut ad Epiphonema  
matis Virgiliani: Vitaq; cum gemitu fugit in  
ta sub umbras, Aut ad dimetros Adriani Caspary.

Animula, uagula, blandula,  
Quæ nunc abibis in loca.



Pallidula, rigida, nudula?

Quia illi, qui sunt alieni ab Ecclesia, aut moriuntur  
terram fremitu aduersus Deum, aut si cor non est  
sacrum, extinguuntur inter cæcas dubitationes, de  
sua vita. Sed

Euangelica narratio,

Postremo concionatur de lætissima resurrectione  
Christi, & ascensione in cælum. Ideo p̄i agnoscunt ex  
Euangelio, præsentiam uictoris Christi, & intuentur  
victoriam portum, vitam æternam.

PETITIONI coniungatur, in inuocatione,  
GRATIARVM ACTIO.

Quid est gratiarum actio?

In genere, est profiteri, unde sit acceptum bene-  
ficium, & se obligare ad mutua officia. Est enim spes  
Gratitudinis, quæ est virtus composita ex veritas  
te, & Iusticia. Veritas proficitur unde sit acceptum  
beneficium. Iusticia præstat mutua officia. Ergo ini-  
quus est mendax, & iniustus.

Ac Deus vult intelligi gratitudinem, ut erga  
ipsum simus veraces, & iusti præstandis officijs in  
Evangelio præceptis, utq; hoc pacto maneamus con-  
iuncti cum ipso, & ipse perpetuo in nobis possit ha-  
bitare.

Gratiarum actio erga Deum,

Est veritas, quæ proficitur accepta esse à Deo  
beneficia, & uerè esse Deum, esse omnipotentem,

Et

Præsen-



Præsentem, opitulatorem, & est opus iusticie, quæ obligas ad officia Deo grata. Alexander est ingratus, quia est mendax, & iniustus erga Deum, Cogitans se suum, aut sua virtute partum esse illud regnum, & non reddit Deo debitum honorem, quia se iubet ad Deum.

Iuniores assuefiant, ut quotidie expressis verbis recitent Gratiarum actionem.

Forma Gratiarum actionis ad æternum patrem.

Omnipotens, æterne, viue, & vere Deus, æternus Pater Domini nostri IESV CHRISTI, creator cœli, & terræ, & hominum, & omnium creaturarum, & conservator, dator vitæ, Legis & sapientiarum, & opitulator, unâ cum Filio tuo coæterno, Domini nostro IESV CHRISTO, λόγος ἡ ζωὴ ἡ ἀληθεία, & Spiritu sancto tuo, effuso in Apostolos, & verace, sapiens, bone, verax, iuste, iustus, misericors, caste, liberrime, tibi gratias ago, quod misisti te nobis, quod misisti Filium, & voluisti assumere humanam naturam, inenarrabili sapientia, & bonitate, & fieri victimam pro nobis, quod contulisti eternam Ecclesiam, & quod inter nos colligisti, formasti Ministerium Euangelij, das SPIRITVM SANCTVM, & vitam eternam, & quod das nobis hoc corpori nostro necessaria, & mitigas, ac tollis partem denique pro omnibus beneficijs, anime, & corporis.



## Ad æternum Filium.

Ago tibi gratias, omnipotens Fili DEI, Domine  
 IESU CHRISTE, verbum, & imago æterni  
 Patris, crucifixe pro nobis, & resuscitate, nate ex vir-  
 gine, Emanuel, sedens ad dextram æterni patris, collis-  
 gens, & servans æternam Ecclesiam voce Euangelij,  
 quod patrescisti nobis æterni patris misericordiam, &  
 decretum de Redemptione, & semper collegisti Eccle-  
 siam, & assumpsisti humanam naturam, es Mediator,  
 Redemptor, Iustificator, & Saluator, es summus Sa-  
 cerdos, semper intercedens pro nobis, das vocem Euang-  
 elij, & es efficax per eam, & das remissionem pecca-  
 torum, & es Rex, colligens, servans, & protegens  
 Ecclesiam, & das Spiritum sanctum ijs, qui ad te con-  
 vertuntur, & Euangelij voce se sustentant, & restitu-  
 is nobis iusticiam, & vitam æternam, das lucem in  
 consilijs, intellectum verbi tui, depellis Diabolos, das  
 etiam bona corpori necessaria, &c.

## Ad æternum Spiritum sanctum.

Ago tibi gratias omnipotens, verax, caste, SPI-  
 RITVS SANCTE, procedens ab æterno Patre,  
 & Filio, Domino nostro IESU CHRISTO, & se-  
 dit in apostolos, quod confirmas corda nostra, ut fir-  
 miter assentiantur verbo Dei, & flectis ea ad invocatis-  
 simam Dei, & ad omnes motus legi diuinæ congruen-  
 ter, & letificas ea, ut aquiescant in Deo, petant, &  
 expectent omnia beneficia Dei. Das etiam bona cor-  
 poris necessaria, &c.



414 DE INVOCATIONE,  
BREVIS REPREHENSIO, ET  
CONFUTATIO FALSARUM INVOCATIONUM,  
& CONSECRATIONUM.

Tridentina Synodus fecit decretum, scilicet  
uentures in caelo, esse inuocandos, ab illis petenda  
opem, & auxilium. Huic impio decreto, opponit  
talem propositionem:

1. Omnes inuocationes, quae sunt ad res, quae  
non cernuntur, nec sunt Deus, esse impias & damna-  
tas. Haec asseueratio confirmatur per scripturas dicitur  
Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruis.

Et praeterea hoc etiam Argumentum:

2. Inuocatio tribuit omnipotentiam, illi, qui  
inuocatur, quia oportet inuocatum, qui non  
cernitur, videre motus cordis.  
Solus Deus est scrutator cordium,  
Ergo solus Deus est inuocandus.

3. Iuniores obseruent sapientissimum argumen-  
tum Reuerendi Doctoris Lutheri. Inuocatio est honor,  
qui tantum Deo tribuendus est, & cum Propheta lo-  
cunt, inuocandum esse Mesiam, testantur eum Deum  
& omnipotentem esse. Ideo execranda est inuocatio  
mortuorum, quia ea consuetudine, obscuratur hoc tes-  
timonium, de diuinitate Christi.

4. Grauis impudentia est illorum, qui iubent pe-  
tere à Sanctis opem, & auxilium, quia haec compo-  
sitiō tribuit creaturis, actiones proprias omnipotentis  
Dei.



Dei, quod scilicet liberent à morte, à morbis, à potestate Diaboli, quod dent diuitias, & felices euentus, ut eadem resstantur peccata, quæ funduntur in templis iustificiorum: Maria mater gratiæ, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Item: Sancta Dorothæa, cor mundum in nobis crea. Item: Sancta Catharina, Paradysi ianuam aperi.

Perficua testimonia scripturæ præcipiunt, bona æterna, & corporalia, petenda esse à solo Deo, fiducia Mediatoris, iuxta dicta: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Ego vitam æternam do eis. Ioh. 10. Ipse est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Proverb. 10. Benedictio Domini diuites facit.

5. Qui volunt loqui vercundius, dicunt à sanctis esse petendam intercessionem. Respondeo, Honor Mediatoris, & intercessionis, in nullam personam transfundendus est, præterquam in Christum, iuxta dicta: 1. Timoth. 2. Vnus Mediator Dei, & hominum, homo CHRISTVS IESVS. Hebr. 7. Semper viuens, interpellat pro nobis.

#### Officium Mediatoris,

Duo præcipue complectitur: Intercessionem, & applicationem meritorum ipsius, propter quæ petit nos miserari, & gemitus nostros exaudiri. Ista opera nõ conueniunt creaturis. Ideo fiducia solius Mediatoris Christi in Ecclesia accedit ad Deum, & agnitione Mediatoris suam inuocationem, ab omnium idolatricarum gentium precibus discernit.



6. Nullus cultus in Ecclesiam inueniendus est, sine expresso testimonio verbi Dei, iuxta dictum: Frustra colunt me mandatis hominum. Ergo cum in invocatione ad mortuos nulla possit esse fides, nitens verbo, & promissione Dei, nulla est & inuocatio, iuxta dictum: Quomodo inuocabunt si non credent,

Scholastici discant dextras responsiones ad sophismata εὐδολόγισα, quibus definiuntur istæ impia superstitiones.

## I.

Sancti viuunt in caelo, & orant pro Ecclesia.

Ergo sunt inuocandi, & petenda est inuocatio illorum.

Respondeo. Nego consequentiam. Quia non sequitur, sanctos viuentes apud Deum, & cum tota celesti Ecclesia, precantes pro conseruatione membrorum Christi, quæ sunt in hac vita, ideo inuocandos esse, cum non sint scrutatores cordium, cumq; illa comparatio creaturarum absentium, prorsus nihil differat ab inuocatione statuarum, de qua dicitur: Fugite idola.

## 2.

Mandata à Deo sunt necessaria.

Vox diuina mandat inuocari nomina sanctorum patrum, Quia Gen: 48. Iacob inquit: Inuocetur super eos nomen meum, & nomen patrum meorum, Abraham & Isaac, &c.



Ergo invocatio sanctorum est necessaria, & pia.

Respondeo. In Minore est fallacia figuræ & distio-  
nis. Iacob non loquitur de precatione faciendâ ad sese,  
& ad Abraham, & Isaac, sed de nominandis his nepos  
suis nomine patrum, quæ nominatio testatur, eos esse  
heredes promissionum, quæ patribus factæ sunt. Hanc  
sententiam ostendit phrasis Hebrææ lingue.

3.

Christus non est diuisus.

Sancti sunt inserti Christo.

Ergo sunt inuocandi tanquam membra in capite  
Christo.

Respondeo. Est fallacia consequentis, Quia non  
sequitur: Caput Ecclesiæ est inuocandum, Ergo idem  
hominos debetur membris. Et considerentur ordine pro-  
positiones huius Paralogismi. Maior: Christus non est  
diuisus: Sed tamen est differens gradus copulationis,  
duarum naturarum in Christo, & inhabitationis rei  
sancti in sanctis. Minor. Sancti sunt inserti Christo:  
in tali copulatione, quæ est unio hypostatica, sed per  
modum inhabitationis, quæ in hac vita est separabilis,  
in altera vita est inseparabilis inhabitatio, tamē in  
eternitate conficietur ingens & verè infinitum  
differens inter præsentiam diuinitatis in beatis & inter  
unione hypostaticam duarum in Christo naturarum.  
Ergo semper retinenda distinctio inter Christum, caput  
electorum, in quo sunt diuina natura & inter electos, qui

Ec 4.

[unclear]



sunt membra Christi, quibus dantur tantum certi gra-  
 dus donorum. Solum Christo Pater Spiritum dedit, non  
 ad mensuram, & in ipso habitat diuinitas. *omnino*  
 Ideo sanctis nequaquam communicantur honores, qui  
 debentur soli filio Dei, sicut scriptum est: *Exiit*  
 Deus, & honorem meum non dabo alicui.

4.

Naturæ viuentes in cælo, & audientes preces  
 hominum in terra, possunt inuocari.  
 Sancti in cælo audiunt preces hominum.  
 Ergo possunt inuocari.

Minor probatur exemplis similibus. Angeli  
 audiunt preces hominum, ut ostendunt dicta, & exem-  
 pla scripturæ. Angelus perfert preces Tobie ad De-  
 um. Item: Angeli intelligunt motus vera conuersionis,  
 sicut dicitur: Angeli letantur de uno peccatore  
 qui conuertitur.

Ergo etiam sancti, qui sunt similes Angelis.

Respondeo. Nego Minorem. Et ad Exemplum  
 Angelis propositum respondeo. Angeli non intus  
 motus cordium, neque mittuntur ut mutant corda  
 sunt πνεύματα λειτουργικά, mittuntur, ut sint cal-  
 des corporum, vitæ, Ecclesiarum, Politiarum, Con-  
 nomiarum, Suntque socij precationum Ecclesie, & letan-  
 tantur nostra pœnitentiâ, quia ipsi intersunt neque  
 colloquijs & actionibus. Quod de sanctis mortuis  
 firmari non potest. De Angelis dicitur, quod semper



faciem Dei, id est, intelligant omnem voluntatem Dei, reuelatam creaturis, ideoque latentur de eo, quod est conforme Deo. Non sunt autem scrutatores veritatum, neque sunt datores illorum honorum quae solus Deus distribuit. Quare in Apocalypsi expresse Angelus prohibet se adorari. Et inde ducatur tale argumentum, pro confirmatione verae sententiae.

Angeli non sunt adorandi.

Ergo nec sancti, qui sunt similes Angelis.

5.

Quidam Sophistae, ut stabiliant inuocationem mortuorum, negant Christum nunc pro nobis interpellare. Proponunt autem duo argumenta, Ex quibus hoc praeceptum est:

Actiones Christi conuenientes tempori humiliationis, non sunt tribuendae tempori, et statui glorificationis.

Intercessio, et passio, conueniebant tempori humiliationis.

Ergo Christus nunc non est intercessor, neque est inuocandus, tanquam intercessor, sed tanquam Rex, et dator honorum, cum Patre, et Spiritu sancto.

Minorem probo. Sicut Paulus inquit: Christus semel est mortuus, ita orauit pro hominibus tunc in carne, et tempore humiliationis. Nunc vero est exaltatus ad omnipotentem gubernationem.

E e 5

Respons.



Respondeo. Nego Minorem, de intercessionem, quae non est opus tantum conueniens tempori humilitationis, sicut passio, sed pertinet ad officium Mediatoris, & Sacerdotij: CHRISTVS autem retinet officia Sacerdotis, Mediatoris, & Regis, vsq; ad consummationem Ecclesiae, & inchoationem noui status, sempiterna in vita aeterna ac coelesti.

Officium Mediatoris adhuc in Christo, comparatur has duas actiones. Intercessionem, & applicationem meritorum ipsius.

Passio, vel obedientia fuit certi temporis, sed efficacia Christi, & applicatio meritorum ipsius, non intercessio pro tota Ecclesia, & singulis membris, est perpetua, ut testantur manifestissima dicta: Semper viuens, vt interpellat pro eis. Filius est ad dexteram patris, intercedens pro nobis. In omni igitur uocatione cogitandum est, de duobus respectibus in Filium. Inuocamus eum tanquam datorem bonorum, cum patre, & Spiritu sancto. Secundo facimus mentionem Filij, tanquam Mediatoris, seu intercessoris, sicut clarè dicit: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et ita loquitur uniuersa vetus Ecclesia.

6.

Ipse Christus dicit: Ego non dico, quod sum rogaturus patrem pro vobis.

Ergo ipse non orat pro nobis.

Respondeo. Dicitum Christi intelligatur comprehensiuè, seu inclusiuè, non exclusiuè. Non enim negat



Christus se rogatum esse, sed negat se precaturum esse. Ergo non excludit suam precationem: Sed ut accedere nostram. Quasi dicat: Ego quidem oratus sum pro vobis, sed hoc non ita volo intelligi, quasi et nos velim simul orare. Ac Dominus in eodem textu se ipsum interpretatur, mox addita sententia affirmativa: In illo die petetis in nomine meo. Item, Oraui pro te, ne fides tua deficiat. Est igitur consolatio in dicto Christi, & admonitio, ut nostra etiam precatione rogatur, & ut nos ipsi quoque, fiducia Filij Mediatoris, ad Deum accedamus, & statuamus, nos exaudiri propter ipsum, Ego non solus precabor, inquit, sed vos etiam orate, & statuite, quod aeternus pater vos, propter me, & fiducia mei invocantes, vere diligat.

## SECUNDO.

Eadem Tridentina Synodus, mandat tribuere honorem reliquijs, exuvijs, & ossibus sanctorum, ut ab illis impetretur auxilium. Iubet etiam colere, & venerari statuas, & imagines in templis, coram illis prosternere, & per illas Deum, vel sanctos compellere.

Respondeo: Impietas est, & Idolorum cultus, aliqui aut ipsas statuas, aut ossa, Item fingere vel Deum, vel sanctos magis in uno loco, ut ad hanc statuam, propius & praesentes, seu, alligatos esse, quam ad altare. Exceptis .n. Sacramentis, quae Deus instituit, & per quae ipse certo modo, iuxta suam ordinationem, esse efficacis, alligare Deum ad illam rem, quod sit ibi magis praesens



præfens aut efficax, quàm alibi, est fabricare tabulum. Quocunq; loco inuocat Deum is, qui uerbo Dei regitur, hunc ibi uerè exaudit Deus. 1. Thimoth. 2. Volo orare uiros in omni loco.

Et manifestè prohibetur alligatio ad unum locum, cum dicitur: Veri adoratores adorabunt Patrem, in Spiritu, & ueritate. In ueritate, id est, uera agnitione, iuxta uerbum eius. In Spiritu id est, habentes motus Spiritus sancti in corde, ueritatem, & fidem, ne inuocatio sit simulatio.

Ac tales abusus uerarum inuocationum.

Orti sunt ab exemplis Ethnicorum, in quibus etsi sunt manifesti furores, horribiliter contumaces in gloriam Dei, tamen ab his non abhorrentur benedicti, quia mentes multorum fascino a Diabolo, & à praua consuetudine, sicut Ethnicis Bacchanalia uidebantur tolerabiles ludi.

Pertinet uerò ad curam pij Magistratus prohibere idolatricas inuocationes, & statuas, ad quas fiunt concursus, & adorationes impie, remouere, uel, delere, iuxta præceptum: Non facias tibi simulacrum. Item, Dissipate aras eorum, & confringite statuas. Deut. 12.

Contra:

Miracula dant testimonia de ueritate ueritatis tuum.

Ad multas statuas, & ossa sanctorum, sunt magna miracula.



Ergo cultus ille non est reprehendendus.

Respondeo Ad Maiores: Miracula dant testimonium de veritate, scilicet, Miracula edita à Deo, & congruentia cum uoce diuina. Minor: Miracula edita ad confirmandam idolomaniam, siue apud papistas, siue apud Ethnicos, tantum sunt præfugia Diabolorum, qui etiam multa miranda opera possunt edere sed non uera seu, diuina, id est, opera creationis. Et uerbum Dei debet esse iudex super miracula. Et nullum miraculum recipiendum est, contra hanc eternam legem: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

2.

Miracula edita à Deo, sunt immota testimonia doctrine, & uerorum cultuum.

Corpora sanctorum mortuorum, cædunt miracula diuina.

Ergo illis exuijs debetur cultus, & honor inuocationis.

Minor confirmatur, Cadaver Helisei resuscitauit mortuum.

Respondeo ad Minorem. Non Cadaver Helisei, sed Deus reddidit uitam mortuo. Deinde dico: Plus est in conclusione, quam in præmissis. Deus edit hoc miraculum ad tumulum Helisei, non ut institueretur ibi nouus cultus, aut ut fieret ibi inuocationum exuiarum, sicut neq; historia narrat, nunquam hoc accidisse: Sed ut ederetur testimo-

nium,  
de uo-



de uocatione Prophetæ, & populus certo scire, do-  
 Eternam quam iste Doctor uiuens sonuerat, fuisse  
 Deo.

Deinde uoluit etiam Deus pingere beneficia  
 Christi, qui factus est cadauer, ut his qui tangunt ip-  
 fide, reddat æternam uitam.

3.

Ita argumentatur conciliata  
 Tridentinum.

Honor, qui exhibetur statuis, refertur ad Patres  
 typæ, quæ illæ representant.

Ergo non est cultus idolatricus.

Respondeo ad Antecedens. Expressa prohibitio  
 est, sancita seuerissimo mandato Dei, ne Deum, cui  
 efficaciam Dei, alligemus ad ullum locum, nisi  
 quo se non alligauit ipse suo uerbo.

Homo Idolatricus, si est crasse stolidus, tribuit  
 idolo, uel statuae diuinam substantiam, si est super-  
 zior, adscribit illi  $\xi\nu\alpha\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\pi$ , uel relationem ad De-  
 um. Putat Deum, uel sanctum ad illum suam typam  
 magis esse propiciam & presentem, seu, magis propi-  
 cem, quam alibi, quæ ipsa imaginatio uere est idola-  
 trica, & aberrat à uero Deo, perinde ut Turci con-  
 niscuntur Deum sine Filio, cum fingunt aliquem  
 Deum, quod nihil est in mundo, ut Paulus loquitur

Qualis honos debetur  
 sanctis :



Reinenda est memoria ipsorum in Ecclesia, pro  
sex causis.

1. Ut afficiatur perpetua historia Ecclesie.
2. Ut testimonia, quae habuerunt in suo ministerio, sint confirmationes doctrine.
3. Ut Deo agantur gratiae, pro patefactione, & continua propagatione doctrine.
4. Ut exempla sanctorum, qui exauditi, & adluti fuerunt a Deo, confirmet fidem nostram.
5. Ut pro uocatione, singuli eorum exempla imitentur.
6. Ut ipsi etiam laudentur, quod donis Dei benedicti sunt, quae tamen laus uerè ad Deum pertinet, ut dicitur:

Hos ego cum laudo, laus ea tota Dei est.

### TERTIO.

Inter abusus inuocationum, recensendi sunt etiam  
superstitiosae consecrationes olei, salis, aquae, herbarum,  
& aliarum rerum. Isti ritus defenduntur talibus  
uicibus.

I.

Similium eadem est ratio.

Pium est, dicere preceationem in mensa ad cibos.

Ergo etiam consecrationes ciborum in templis  
piae sunt.

Respondeo ad Maiorem: Ingens est dissimilitudo,  
inter preceationes faciendas ad mensam, & inter illas  
consecra-



consecrationes magicas pontificijs vstitatas. Quia pro-  
 catio ad mensam, agit Deo gratias, pro donatione re-  
 rum corporalium, & petit felicem usum corporali-  
 um ordinatum à Deo. Consecratio Pontificia transmutat  
 illas ad usum Spiritualem, contra ordinationem Dei,  
 videlicet, ad deletionem peccatorum, ad depulsum  
 Diabolorum, ad infusionem gratie, & tribuit  
 efficaciam, qualem vox diuina tribuit sacra-  
 mentis.

Isti impij ritus execrandi sunt. Nam sicut nulla  
 creatura potest edere promissionem gratie, sed Deus  
 edit eam, & dat iusticiam, & vitam eternam, per  
 vocem huius promissionis. Ita nulla creatura potest  
 instituire Sacramenta, id est, ritus obsequantes & con-  
 firmantes promissam gratiam in credentibus.

Vsus corporales rerum ordinati sunt à Deo,  
 ad certos fines corporales, Alie creaturae sunt enim  
 alie medicamenta, alie instrumenta. Hos fines debet  
 spectare homo, sed non sunt illis assignende efficacie  
 spirituales, sine verbo, & ordinatione Dei. Ideo labi-  
 tricium est fingere: Sale, aut aqua, deleri peccatum  
 aut gratiam infundi in oleum, cum Deus nihil horum  
 instituerit.

2.

Quod sanctificatur, id accipit vim Spiritualem  
 quia efficacia Spiritus sancti nominatur  
 sanctificatio.



Cibus per verbum Dei, & per preceationem sanctificatur. 1. Timoth. 4.

Ergo creaturis per consecrationem imprimatur quedam vis Spiritualis.

Respondeo. Est fallacia æquiocationis. Quia plures sunt significationes verbi sanctificare in scripturis. Nam sanctum in genere significat, quod congruit cum voluntate, & ordinatione Dei. Et Maior propositio, tantum vera est de creatura rationali, cui facta est promissio Spiritus sancti. Nec Deus ad ullam aliam non sic vult alligari, sicut ad Sacramenta, per que certo modo, id est, iuxta institutionem suam vult esse effectus.

Minor. Verbum sanctificatur, apud Paulum, intelligitur relative, de homine pio, habente congruentem cum verbo Dei opinionem de creaturis, & sanctitate cibis, laboribus officij, & omnibus rebus corporibus. Quia Paulus hanc regulam opponit fanaticis viribus, qui damnant coniugium, cibos, ordinem publicum, distinctionem dominiorum, iudicia. Docet vero credentes, quod creaturæ quatenus sunt à Deo, sunt bonæ, & usus ipsarum sit concessus.

Abusus est vicium in voluntate abutentium. Sed Deus vult in credentibus esse usum sanctum. Tunc autem usus est sanctus, id est, concessus, & placens Deo, quando accedit verbum Dei, & precatio, id est, cum opus externum congruit cum verbo Dei, quod regit ipsum, & simul in mente lucet fides, gratiarum actio, & petitio auxilij.

Ff

Hoe



Hoc modo quilibet scire potest, se utrum in rebus corporalibus, sine peccato, quando fecit illa quae sunt ordinata à Deo, in sua vocatione, & quae ea facit in vera fide, & cum invocatione Dei.

Ita apparet Paulum loqui de usu Physico, & politico rerum corporalium, Deo placente, non in efficacia spirituali illarum rerum, sine mandato Dei, & concludimus, illas consecrationes esse magicas, & superstitiones impias, quia sunt opera, non mandata à Deo, nec habent causam physicam, nec sunt rei Politici causa.

## QUARTVM CAPVT CATECHESICO DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Doctrina de Sacramentis in genere.

Quid significat vocabulum Sacramentum in veteri lingua?

Significat arcanam siue confederationem, & coniurationem, ad seruandos certos ritus sacrorum, & ad alia ciuilia quaedam officia prestanda. Apud gentes enim gentes, in antiquitate Ethnica, fuerunt quaedam collegia, & arcana foedera, inter se dicta quibusdam vinculis religionis, quae sunt nominata sacramenta, quasi sacrae promissiones.